

Iohannes Cochlaeus.

[Cijr] Sed, o Nesene, quomodo credam hoc esse verbum Dei veri, cum
 Calumniae nihil hic audiam nisi calumnias et convicia? Addo, et mendacia. 3
 et convicia Nam circa articulum suum, quem liber meus impugnat, non hoc agere
 Lutheri non voluit, cum non scriberet in Paulum commentarios, sed sacrilego ausu
 sunt verbum Dei sacramentis novae legis gratiam adimere tentavit, quam nunc per me 6
 Dei correctus confitetur. Non igitur hic verbum Dei, sed boatum vituli audio.

Martinus Lutherus.

Nam ubi ad Romanos de fide et operibus disputat adversus iustitiam 9
 operum, certe id vehementissime urget, ut iustificationem operibus in totum
 adimat et soli fidei tribuat. 1

Iohannes Cochlaeus.

12

Deinde ait: „Nam ubi ad Romanos de fide et operibus disputat
 adversus iustitiam operum, certe id vehementissime urget, ut iustifi-
 cationem operibus in totum adimat et soli fidei tribuat.” Sed neque 15
 Calumniae et hic, o Nesene, verbum Dei audio, quin potius meras in Paulum calum-
 blasphemiae nias et blasphemias dici puto. Cur ita? Quia neque operibus iusti-
 in Paulum ficationem in totum (ut mentitur vitulus) adimit Paulus, neque eam 18
 soli fidei tribuit. Hoc enim faciens loqueretur non solum contra
 Christum et Iacobum, sed et generaliter contra omnem scripturam
 legis et prophetarum, evangelii item et quicquid est canonicarum 21
 epistolarum. Id si non volueritis credere, rogate me, ut proprio et
 bene longo libro ad oculum vobis demonstrarem, non aliam a vitulo
 mercedem postulaturus quam eam, quam pro isto primo libro meo 24
 mihi hic reddidit, hoc est ut palinodiam canat atque errorem suum
 Ezech. 18|23 retractet. „Nolo' enim et ego mortem peccatoris, sed ut magis con-
 vertatur et vivat” 2. Hic autem brevis esse debeo, nam et vestra bre- 27
 vicula est responsio. Satis fuerit itaque ex hac ipsa Pauli epistola
 Ro. 2|10 contrarium sententiae vestrae ostendere. Ait ergo cap. II: „Gloria
 Non reliecit opera autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco.” 30
 Quid putas, Nesene? Est hoc adversus iustitiam operum (ut blaspheme
 calumniatur vitulus) disputare? Est operibus iustificationem in totum

3 □ < B, welches die folgende Randglosse heraufnimmt. 26 magis ut B
 (durch Umstellung) 29 cap. II] cap. XII A

1) LWW 11, 299 Z. 21—23 (XII). 2) Vgl. Ez. 33, 11. Das Zitat gibt in
 obiger Form genau die Ferialantiphon der Prim in der Fastenzeit wieder.

adimere? Nunquid gloria et honor et pax (ut precatur et optat omni operanti bonum Apostolus) est adversus iustitiam operum? Nunquid sine iustificatione? Sed audiamus, quomodo statim adhuc *||* clarius *B iij^v* contra vituli blasphemiam subiungat. „Non enim auditores (inquit) legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur”¹. Item: „Qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis Deum inhonoras”². Quid vos ad ista dicitis, theologi vitulini? Nonne ex operibus quoque iustificatur homo (ut optime et aptissime consentit Iacobo Paulus) et *Iacobi 2|24* non ex fide tantum, ut mentitur vitulus? *||* Item adhuc manifestius *[Cij^v]* paulo superius contra vos ita dicit idem Apostolus: Deus „reddet unicuique secundum opera eius. His quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam”. Quid obsecro apertius contra vos dici queat, quam hic dicit Paulus? Ecce iam tempus est, si brevis esse volo, ut allegare *15* desinam, productis iam tot contra vos locis, quot vitulus contra nos et veritatem produxisse videtur; et tamen ne unum quidem illius epistolae caput adhuc excussi aut delibavi totum. Quanta igitur putas *18* ex universa illa ipsa epistola ad contundendum vituli tui os mendax et blasphemum testimonia produci queant? Certe, si non esset usque adeo superbus, quod solus vult sapere et suae tantum prudentiae in- *21* niti, longe aliud huius epistolae, quam proponit hic, argumentum apud sanctos et antiquos scripturarum interpretes invenisset, quam ipse fingit.

Martinus Lutherus.

24 Haec enim sunt verba eius: Ex operibus legis nemo iustificatur. Et iterum: Arbitramur hominem iustificari ex fide sine operibus legis. Et iterum: Omnes peccaverunt et vacui sunt gloria Dei, gratis autem iustificati per fidem *27* etc. Et Rom. xiiij|23: Peccatum est, quicquid non ex fide est. Denique haec confirmat potentissimo exemplo Abrahae, qui iustificatus est non ex circumcisione, quod erat optimum et egregium opus divinitus mandatum, et omni *30* obedientia perfectum, sed fide ante circumcisionem. Negatque eum habere gloriam coram Deo, si ullis operibus sit iustificatus, scripturam vero dicere, fide esse iustificatum etc.³

33 Iohannes Cochlaeus.

Nolo igitur amplius sic falso et blasphemie mugientem vitulum *Responsio* audire tacitus, sed convictis iam (ut audisti, Nesene) blasphemias eius, *ad obiecta* Lutheri

12 quaerentibus] quaerunt, *V*

1) Röm. 2, 13.

2) Röm. 2, 23.

3) LWW 11, 299 Z. 23—31 (XIII).

per quas haereticum sensum suum volebat imputare Paulo, respon-
debo breviter ad verba Pauli ab eo adducta. „Ex operibus (inquit)
legis nemo iustificatur”¹. Accepto verba Pauli, vituli sensum non 3
accepto. Cur ita? Quia vitulus intelligit haec verba generaliter de
omnibus operibus fidelium, cum Paulus dicat solum de operibus legis,
legis inquam Iudaicae, non evangelicae. Nam illis temporibus grandis 6
erat (ut videre licet in Actibus apostolorum) inter Christi fideles
quaestio de legis observatione. Et obtinuit Paulus apud apostolos et
seniores in concilio, non oportere iugum legis imponi iis, qui ex gen- 9
tibus in Christum credebant. Loquitur itaque et in hac ad Romanos
et in alia ad Galatas || epistola de operibus legis Iudaicae, quae non
erant ad salutem necessaria credentibus in Christum². Caeterum ad- 12
versus iustitiam operum legis evangelicae nusquam disputat aut loqui-
tur, sed bonis operibus attribuit gloriam, honorem, pacem, mercedem,
denique a Deo vitam aeternam. Iam vides, opinor, quam facile repel- 15
lantur hac una solutione omnes impotentis vituli huius contra bona
opera insultus, crepitus et mugitus. Nam quod secundo loco ait:
„Arbitramur hominem iustificari ex fide sine operibus legis”, in eandem 18
sententiam, quam diximus, dictum esse accipio. Non enim simpliciter
dicit: sine operibus (ut contendit vitulus), sed ait: „sine operibus legis”.
Nec dicit: ex sola fide, ut falsarius ait vitulus, sed simpliciter et sine 21
addito dicit: „ex fide”, quae scilicet charitate et bonis operibus est
adornata et instructa, fides enim sola sine operibus „mortua est in
[Büijr] semet- || ipsa”, teste Iacobo. Tertio ait: „Omnes peccaverunt et vacui 24
sunt gloria Dei, gratis autem iustificati per fidem” etc. Hic non solum
est alienus et adulter sensus, sed etiam falsarius et corruptor stilus
scelerati et sacrilegi huius vituli. Neque enim nostra antiqua neque 27
nova Erasmi translatio sic habet, ut allegat iste vitulus. Utraque
autem interpretatio hic per omnia concordat, nisi quod pro hoc verbo
‘egent’ Erasmus posuit hoc verbum ‘destituuntur’. Sic ergo habet 30
textus noster: „Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei. Iusti-
ficati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo
Iesu.” An vero est in hac autoritate ullum verbum contra bona 33
opera, aut de sola fide? Vitulus tamen attulit, ut numerosus videretur

2 □ Ro. 3|20 B 7 Act. 15 et 21 B 18 □ Roma. 13|28 A

1) Röm. 3, 20. 2) Gal. 2, 16 ff.

allegator. Atque ut nequitia et malignitas eius lateret, ea usus est cautela, quod non designavit locum, in quonam capitulo sic scripserit
 3 Apostolus, quamvis omnium longissima et difficillima sit ista Pauli epistola. Quarto ait: „Et Ro. xiiij: Peccatum est, quicquid non ex fide est”.¹ At neque hic contra bona opera aut de sola fide (quod
 6 probare nititur vitulus) video quicquam, nisi forte velit nos violentus iste bubulus cogere, ut credamus, ubicunque ponatur in scripturis
 haec vox ‘fides’, ibi mox vitulina autoritate addamus hanc voculam
 9 ‘sola’, sicut fatue affert exemplum de Deo creante. Nos autem a solario isto tauro nequaquam volumus ita cogi. Videbitis itaque propediem, quam egregie lavet vitulo vestro informem et male cornutam
 12 cucurbitam novus quidam adversarius vester, circa hanc propositionem Pauli, quam vitulus contra monastica vota primo posuit loco, dum stulte interim gloriatur ipse omnes papistas et monachos a se prostratos iacere². Et cum praelium vix dum bene sit inceptum, ipse || mox
 15 canit sibi encomium. Quinto ait: „Denique hoc confirmat potentissimo exemplo Abrahae, qui iustificatus est non ex circuncisione, sed fide
 18 ante circuncisionem.” Sequiturne hinc, Nesene, aut bona opera fidelium nihil esse coram Deo aut sola fide iustificari nos christianos? Sequitur quidem volente deo vitulino. At nos non sumus Aegyptii, ut
 21 in verba vitulini dei iuremus. Non enim oportet, si Abraham non est iustificatus ex circuncisione aut ex ullis operibus legis Iudaicae, quod propterea ex nullis operibus bonis fuerit iustificatus. Haec enim
 24 sunt verba sancti Iacobi: „Abraham (inquit) pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?”
 „Vides, quomodo fides cooperabatur operibus, et ex operibus fides con-
 27 summata est?” etc. Qualem, obsecro, triumphum de nobis acturus esset vitulus, Nesene, tuus, si usquam in omnibus libris suis cum apertis scripturae verbis nos vel semel convicisset? Nonne propter
 30 hanc usquam adeo apertam confutationem suae impietatis in plerisque libris suis negat (quod tamen hic mihi confitetur) epistolam illam sancti Iacobi esse? At dixerit suffugii loco fugitivus meus, Abraham

Solarium Lutheri a sola fide

Cijj^v

Argumentum Lutheri de Abraham Ro. 4|9 ff.

Iac. 2|21 f. Abraham ex operibus iustificatus

11 lavet B 24, 32 sancti] beati B 32 □ Frivola obiectio B

1) Röm. 14, 23. 2) Hier liegt ein Zeugnis dafür vor, daß Cochlaeus die Hauptschriften Luthers noch nicht durchgearbeitet hatte. Das Zitat findet sich nicht in „De votis monasticis iudicium” (1522). S. unten Bl. Diiij^r, bzw. Cij^v.

ante circumcisionem iustificatum esse, filium autem obtulisse post cir-
 [Biiij^e] cuncisionem. Quid tum? Nusquam || tamen dicit scriptura aut Apo-
 Gen. 12 stolus, Abraham sola fide (quod solarius ait vitulus) iustificatum esse. 3
 Nam et ante circumcisionem multa bona opera fecit Abraham, et nun-
 quam legitur solam habuisse fidem. At non est hic quoque contentus
 Perversor vitulus, sensum Apostoli pervertisse, nisi etiam sacrilego ausu perver- 6
 literae teret eius verba. Ait enim: „Negatque eum habere gloriam coram
 Lutherus Deo, si ullis operibus sit iustificatus”¹. Quid, obsecro, blasphemius
 dici queat? An non repugnat his verbis universa scriptura? Et 9
 tamen audet ea furcifer meus ascribere Paulo, quem supra ostendi,
 in hac ipsa ad Romanos epistola tribuere operibus bonis gloriam,
 honorem, pacem et mercedem coram Deo. Verba autem Pauli, quae 12
 Roma. 4² sceleratissimus iste scripturae adulterator pervertit, sunt ista: „Si enim
 Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non
 apud Deum.” Ecce Paulus ait, ex operibus legis. Perversor vero ait: 15
 ex ullis operibus. O verberonem sacrilegum.

Martinus Lutherus.

Haec certe sunt fulmina divinae autoritatis. Tu nunc vide, an non 18
 Paulus vehementius asserat sola fide nos iustificari, quam ego, licet vocabulo
 ‘sola’ non utatur, quo ego sum usus. Nam dicere: opera non iustificant, sed
 fides iustificat, certe robustius affirmat solam fidem iustificare, quam si dixeris: 21
 sola fides iustificat. Nisi quod hoc clarius sonat quam illud, dum per impios
 [Ciiij^r] sophistas², Pauli tum || phrasis tum sententia neglecta, periiit. Loqui autem hoc
 loco Paulum de iustificatione spirituali seu, ut sophistae loquuntur, formali et 24
 subiectiva, nulli nisi uni Cocleo est ignotum.³

Johannes Cochlaeus.

Tanquam vero leve crimen sit hoc perversionis sacrilegium, 27
 Mendacium addit maxime blasphemum contra sanctum Dei Apostolum mendacium,
 Lutheri in dicens: „Tu nunc vide, an non Paulus vehementius asserat sola fide
 Paulum de nos iustificari quam ego.” Vidimus certe iam, Nesene, quod in alle- 30
 sola fide gatis ab eo locis hoc nusquam dicit Paulus. Aut igitur canat mihi
 et hic palinodiam, aut aliunde ostendat Paulum dicere nos fide sola
 iustificari. Sed ait vitulus: „Dicere, opera non iustificant, sed fides 33

3 [Gen. 12] Trene. 12 A 6f. perverterit B 14 legis < V

1) S. oben S. 37 Z. 31f. 2) = Scholastiker. 3) LWW 11, 299 Z. 32 —
 300 Z. 7 (XIV.).

iustificat, certe robustius affirmat solam fidem iustificare, quam si dixeris, sola fides iustificat." Ego vero id nego, etiam si decies diceret mihi vitulus 'certe'. Nam praeter fidem et opera sunt adhuc alia, uti iampridem concessit mihi recantans vitulus, quae iustificat. Infantes enim iustificat (fatente nunc contra articulum suum Lutero) baptismus, qui tamen neque fidem neque opera habent propria. Et nos supra redarguentes falsarium falso allegantem, ita diximus ex Paulo: Roma. 3|24
 „Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu." Vides igitur, Nesene, quod minime sequitur: Opera non iustificat, ergo sola fides iustificat, quia iustificat etiam baptismus, gratia, redemptio in Christo, charitas et pleraque alia, quae neque fides sunt neque opera. Iam ne hoc quidem verum est, quod opera non iustificent, quia dicit Paulus: „Non auditores, sed factores legis iustificabuntur." Mentitur itaque in Paulum sacrilegus scripturae per- versor. Non enim dicit Paulus generaliter: Opera non iustificat, sed specialiter et restrictive: Opera legis non iustificat, legis scilicet Iudaicae, ad quam fideles ex gentibus noluit trahi et coartari Paulus.

18 Martinus Lutherus.

Contendit enim contra opera et iustitiam legis, et prorsus in re conscientiarum versatur, ubi sola fides totum est, opera nihil sunt. Imo opera fructus sunt iam iustificatae per fidem arboris, ut etiam iuxta communem sensum impossibile sit operibus iustificari.¹

Iohannes Cochlaeus.

24 Sed adhuc remugit vitulus, dicens: „Contendit enim Paulus contra opera et iustitiam..." Du libes kutten kalb, wie bistu so weiß! Dic, quaeso, ubi dicit Paulus, quod in re conscientiarum sola fides totum est, opera nihil sunt? An non dicit hic: Deus „reddet unicuique secundum opera eius"? Ubi autem dicit: Reddet Deus uni- || cuique C^r Ro. 2|6
 secundum solam fidem eius? An non scribit ad Corinthios: „Et si 1. Cor. 13|2
 30 habuero omnem || fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem [Ciii]v] non habuero, nihil sum?" Ubi autem dicit: bona opera nihil sunt? Quod si opera nihil sunt (ut dicis), quomodo sunt fructus iustificatae

7 □ Ro. 2 B 25 iustitiam ...] folgt das Lutherzitat noch einmal ganz wie Z. 19—22. 25 liebs B 25 kutten < B

1) LWW 11, 300 Z. 7—11 (XV.).

per fidem arboris? Si sunt fructus, quomodo nihil? Num Deus mercedem reddet secundum nihil? O sapientem vitulum. Qui audit verba Christi per fidem, et non facit ea per bona opera, nonne vero similis 3
 O sapientem vitulum
 Matth. 7|26 f. est stulto, qui aedificavit domum suam super harenam, et venit una parva Cochlea, irruens in domum illam, et cecidit, et fuit ruina eius magna? 6

Martinus Lutherus.

Proinde satis ridiculum est in hunc modum cavillari: sola fides iustificat, ergo Spiritus sanctus non iustificat. Vel: Spiritus iustificat, ergo non sola fides, cum his disputationibus nunc non sit locus, sed de fide et operibus tantum sit quaestio, an iustificationis quicquam sit operibus tribuendum. Quibus cum nihil tribuat Apostolus, soli fidei absque dubio asserit. Nec puto 12
 quenquam tam vecordem, qui crediderit me negare voluisse, per Christum, per Spiritum sanctum, per verbum iustificari, nisi Cocleum, qui hoc libro satis docuit, sese prorsus non intelligere, quid sit fides, gratia, Christus, charitas, 15
 sacramentum, et a nullo credo suum ipsius librum minus intelligi quam a seipso.¹

Iohannes Cochlaeus.

At non sentit maniacus iste vitulus tam gravem domus suae 18
 ruinam, nec videt, quod armato suo patri tauro Wittenbergensi a Moeni ripa fortior supervenit armata Cochlea, quae vicerit eum, uni-
 Ridiculus Lutheri triumphus
 Id est Saxo-bohemico Minotauro
 Delectio triumphantis vituli
 versa eius arma auferens², in quibus tantopere confidebat ipse. Ait 21
 ergo triumphabundus iste vitulus: „Proinde satis ridiculum . . .” Quid hic dicat parva Cochlea magno isti Bohemicae Pasiphaës filio?³ Cedatne cum fugitivis suis corniculis triumphatori huic vitulo, tam secure 24
 ridenti et lascivienti? Profecto non faciet, sed erectis corniculis irruet in caput eius et exutum palmata cucullari deiciet eum per
 praeceps e curru triumphali in terram. Heus tu igitur, triumphator 27
 vitule, cur nunc his disputationibus non est locus? Nonne iam saepe ad oculum ostendi tibi, quod Paulus non dicit (ut mentiris tu), solam fidem iustificare? Cum igitur sis hic toties a me convictus de cri- 30
 D: ||mine falsi, de sacrilegio, de blasphemia, de mendacio et impietate,

5 irruens] cernens A 20 □ Luc. 21 B 21 □ Ridicula A 22 ridiculum . . .] folgt das vorgedruckte Lutherzitat mit zwei unwesentlichen Varianten in A entgegen BL bis asserit.

1) LWW 11, 300 Z. 12—20 (XVI). 2) Vgl. Luc. 11, 22. 3) „Bohemicae Pasiphaës filius” ist am Rand in schonender Zurückhaltung mit „Saxoboemicus Minotaurus” interpretiert, während man hier „Kuttenkalb” oder „Mönchskalb” erwarten könnte. S. oben Einleitung S. 8.

cur tibi arrogas triumphum? Quin cede potius victrici Cochleae, et
inglorius descende de curru triumphali, ut ascendat corniculata et
3 fortius quam tu armata testudo, de te iustum propter cantatam pali-
nodiam actura triumphum. Non tibi convenit epinicion¹ aut encomium,
sed tristis murmura tecum illud tauri Vergiliani carmen:

6 „Victus abit longeque ignotis exulat oris
Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris.”

Virgilii
3|225f.
Georgicorum

9 Cur ergo non valeat haec argumentatio, seu (ut tu vocas) disputatio: Devictus
Sola fides iustificat, ergo Spiritus sanctus non iustificat? Nonne bene iterum
valet: Solus Deus creat, ergo homo non creat, ergo angelus non creat, vitulus
12 ergo vitulus non creat, ergo quicquid non est Deus, non creat? Cum
igitur iustificet, te ipso confitente et consentiente, etiam Spiritus
sanctus, Christus, baptismus et alia, quae fides non sunt, falsum est
15 utique, quod sola fides iustificet. Ubi nunc manes, vituline triumphator?

Martinus Lutherus.

Ego certe meis assertionibus hoc egi, dum soli fidei iustificationem
18 tribui, ut impia studia sophistarum et monachorum confutarem, qui totum
orbem seduxerunt in fiduciam operum. Sciebam eos non negare, saltem
verbo, iustificationem per Christum, per baptismum, per Spiritum contingere,
21 sed videbam eos negare solius fidei esse iustificare, operibus vero totam fere
gloriam iustificationis tribuere. Quod nisi fecissent, non essent tanta examina
monasteriorum, collegiorum, scholarum et infinitorum studiorum per opera
24 iustitiam quaerentium. Omnia enim haec super opera nituntur, non super
solam fidem. Et fingunt fidem, nescio quid in anima latentis formae, quae
sit veluti pars, non summa omnium virtutum. Quare non est, ut verbum
27 meum extra argumentum seu materiam subiectam trahas. Et ubi de fide et
operibus disputo pro conscientiae iudicio instituendo, tu de potestate Dei
fidem creantis cogites.²

30 Iohannes Cochlaeus.

Sed incipit nunc blandiori mugitu suum excusare errorem vitu- Mitescit nunc
lus: „Ego || certe meis”, inquit, „assertionibus hoc egi . . .” Ecce C^e D^v
33 quanta et quam insolita nunc vituli modestia, ut parum absit, quin

2 descende] 2 mal in B 4 Epinicon B 9 □ < B 32 egi . . .] folgt
das vorgedruckte Lutherzitat bis tribuere Z. 22. Hinter sciebam Z. 19 ist inquit
eingeschoben. Seitenwechsel (D^v) in to || tam

1) ἐπινίκιον, sc. μέλος = Siegesgesang. 2) L W W 11, 300 Z. 21—33 (XVII).

taurinum mugitum in vidui turturis gemitum immutaverit. Non debet profecto Cochlea adeo dura et inhumana esse, ut sic gementem non mitius quam antea tractet. Non fero igitur aegre, mi vitule, si confutes quoruncunque studia impia. Sed cautus sis, moneo, ne forte tibi complicitibusque tuis dicat Dominus per Esaiam: ‚Vae, qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Vae, qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismet ipsis prudentes.‘ Reperiuntur quidem et apud monachos, quemadmodum apud alios quoque homines, multa peccata et impia studia, sed ea melius in secreto confessionis et in virga capitulari corriguntur, quam in publico ad scandalum infirmorum. Quot enim putas laicos iam totum quinquennium per te gravissime peccasse et offendisse Deum odio et detractone atque etiam iniuriis et irrisionibus contra sacerdotes christos Domini, de quibus Dominus ipse ait: ‚Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.‘ Et alibi: „Nolite tangere christos meos.“ Et David rex ad Abisai: ‚Quis (inquit) extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit?‘ Nimis profecto barbarum et irreligiosum est ac plane Tabariticum et Pighardicum¹, tot conviciis contumeliisque et calumniis insectari eos, quos tot annis habuisti fratres et patres. Neque usque adeo male interpretanda est pia operum fiducia in Christo. Scimus quidem ex Paulo dici cuilibet nostrum: ‚Tu autem fide sta, noli altum sapere, sed time.‘ Ait nihilominus idem apostolus: „Fidutiam autem talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.“ Et iterum: „Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores.“ Et si sciebas, nos recte confiteri iustificationem per Christum, Spiritum et baptismum: cur in articulo tuo hanc sententiam nostram haereticam dixisti? Tantum vero abest, ut totam iustificationis gloriam tribuamus operibus nostris, quod etiam humilima prece dicimus cum Daniele sanctissimo: „Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.“ Et cum Apostolo: ‚Quid habes, quod

6 lucem] + et lucem tenebras B

11 □ < B

28 □ Iniuris B

1) Über Luthers Beziehungen zu den Böhmen s. Köstlin-Kawerau 1, 629 ff.

non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?
Parum igitur constat sibi, bone vitule, excusatio tua.

3 Martinus Lutherus.

Porro si qui sunt, qui per opera legis in Paulo non omnia opera, sed
tantum ceremonialia intelligunt, cum illis non censeo disputandum esse, saltem
6 hac hora, quod videantur de industria vel- || le Paulum nescire. Certe circun- D ij r
cisio Abrahae fuit optimum opus omni (ut dixi) obedientia ornatum, atque
adeo iam iustificati Abrahae, ut non posset non summe placere Deo, ceu
9 quodcunque opus, quod illi bonum audeant definire. Et tamen huic Paulus
adimit iustificationem.¹

Iohannes Cochlaeus.

12 Mirum est autem, quod non censes disputandum esse, saltem
hac (ut inquis) ho- || ra, cum illis, qui per opera legis in Paulo non C ij r
omnia opera, sed tantum ceremonialia intelligunt, cum praeter te nemo Opera legis,
15 tam absurde omnia bona opera pro nihilo existimet. Et iam saepe opera cere-
audieris, quantum tribuat operibus bonis ipse Paulus. Et velis nolis, monialia
triumphamus solaritatem tuam, et te de sola fide vane et sine Pauli
18 omnisque scripturae testimonio balbutientem traducimus. Et obiectionem
tuam de circumcisione ridemus, quia et ipsa vel praecipuum
opus legis est, et inter ceremonialia primatum tenet.

21 Martinus Lutherus.

Quod autem Petrus dicit nos per baptismum salvari², quis non videt,
hinc nihil contra me strui, quasi hinc falsum sit, sola fide iustificari? Certe
24 baptismus sine fide non iustificat. Fides autem sine baptismo iustificat, ideo
non potest ulla pars iustificationis tribui baptismo. Alioqui si ulla parte iusti-
ficaret, non liceret negare, baptismum sine fide iustificare. Cum autem ei
27 denegetur, soli fidei recte relinquitur. Vult ergo Petrus per baptismum, ceu
signum externum, fidem provocari et exerceri, quae salvet. Sicut nec verbum
ipsum, quod longe praevalet signo visibili, nullum tamen per sese iustificat
30 nisi credentem. Sic epistola Hebraeorum³ dicit: Nihil profuit eis sermo
auditus non admixtus fidei in his, quae dicebantur.⁴

Iohannes Cochlaeus.

33 Sed neque eam excusationem admittimus, quam ad dictum beati
Petri adfers. Longe enim plus virtutis, dignitatis et efficaciae tribuen-

7 omni < L

1) LWW 11, 300 Z. 34—40 (XVIII). 2) 1 Petr. 3, 21. 3) Hebr. 4, 2.
4) LWW 11, 300 Z. 40—301 Z. 9 (XIX.).

Baptismus dum est baptismo, quod nos (Petro testante) salvat, quam ut sit ceu
 salvat signum externum, per quod provocetur (ut ais) et exerceatur fides,
 1. Petri 3,21 quae salvat'. Salvat enim baptismus infantes, quos utique non potest, 3
 defectu aetatis obstante, provocare et exercere, ceu signum externum,
 in fide. Quomodo enim habeant infantes fidem propriam, qui neque
 Roma. 10,10 corde credunt (ut ait Paulus) ad iustitiam, neque ore confitentur per 6
 sese ad salutem?

Martinus Lutherus.

Quod si qui sunt ex patribus, qui senserunt sacramentum sua virtute 9
 iustificare, esto etiam Augustinus, ut Cocleus contendit, nihil moror, hominum
 sunt dicta, sibiipsis sepius pugnantium, et pleraque humano sensu extra
 scripturas docentium. Nos certissimam scripturam sequimur, quae sine fide 12
 nec verbum nec signum prodesse dicit. Nam hoc, quod maxime iactat Cocleus,
 parvulos, cum sint sine fide, per baptismum iustificari, fortiter negamus. Sed
 D Ij v dicimus || cum Augustino: Non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat. 15
 Et iterum: Iustificat, non quia fit, sed quia creditur¹. Quod si Augustinus alibi
 contrarium dicit, sequimur eum, ubi cum scriptura sentit, et relinquimus, ubi
 citra vel contra scripturam loquitur. Frustra igitur corrasit tot patrum dicta, 18
 quasi nos in hominum verba coacturus, cum toties testati simus, nos in re
 conscientiarum nullius hominis, sed solius Dei verbum amplecti, quod soli
 Deo, nulli homini conveniat, conscientias regere et docere. 21

Non tamen negamus parvulos esse baptisandos, nec asserimus eos
 baptismum accipere sine fide. Sed dicimus ad baptismum eos credere, per
 vim verbi, quo exorcizantur, et per fidem ecclesiae eos offerentis et eis fidem 24
 orationibus suis impetrantis. Alioqui mera et intolerabilia essent mendacia,
 quando baptisans a parvulo quaerit, an credat, non baptisaturus, nisi vice
 eius respondeatur: credo. Ut quid interrogat, an credat, si certum est eos 27
 non credere? ut Cocleus contendit. Esto, Augustinus sic aliquando dicat.
 Sed Cocleo satis sit esse sic ab homine dictum, nos volumus hoc dictum
 divinis testimoniis probatum. Quin asserimus, parvulos prorsus non esse 30
 baptisandos, si verum est eos in baptismo non credere, ne illudatur maiestatis
 sacramentum et verbum. Debemus autem et hunc negatae in parvulis fidei
 errorem sophistis, qui hominum dicta, sicut animalia immunda, vorant sine 33
 iudicio et simul contraria docent, dum negant parvulo esse fidem, et tamen
 ut baptisari possit, exigunt ab eo fidem.²

Johannes Cochlaeus.

36

Mendacium Satis vero ridiculum est, quod ais, frustra me corrasisse tot
 Lutheri in patrum dicta, quasi vos in hominum verba cogere velim, cum
 Cochlaeum 10 miror L

1) Vgl. Augustinus, Super Ioh., tract. 80 nr. 3 (MPL 35, 1840): „tanta virtus
 aquae... non quia dicitur, sed quia creditur“. Der Kontext zeigt, daß Luther den
 rechten Sinn nicht getroffen hat. 2) LWW 11, 301 Z. 10—36 (XX.).

1757

manifestissime constet cuique librum meum de gratia sacramentorum
intuenti, nullum omnino (nisi forte primum excipi oporteat) folium
3 esse per totum librum, quod scripturae testimonium non habeat. Quot
enim folia occupat ibi vel unus Paulus? Quid tu ad dicta eius
respondisti? Patres autem, quos adduxi, etsi per sese fide dignissimi
6 sunt, tamen sine scripturis non loquuntur. Et tu nullis scripturis
ostendis in parvulis baptizandis fidem propriam, qua actu credant, esse.
Id ubi aliquando feceris, provocabis nos ad huberiores responsiones.¹
9 Et nunc satis tibi negotii fore arbitror de parvulis, ut alterum tuum
articulum a me impugnatum tueri possis.

Martinus Lutherus.

12 Gratiam vero iustificare sic debuit intelligere Cocleus, ut fidem sciret
ipsam esse gratiam, et non distinctam quandam formam ultra fidem et cha-
|| ritatem fingere, seu ex fictis fingentibusque suis magistris sophistis asserere; Dii
15 sic non fuisset ei opus, tam inepte argutari: Gratia iustificat, ergo non sola
fides iustificat, saltem ut ipsi de gratia loquuntur. Caeterum gratia, scripturae
usu, favorem Dei significat, quo nobis ipse bene vult. Et hic nos iustificat,
18 id est gratuito donat fidem, qua sola iustificamur.²

Iohannes Cochlaeus.

Quod autem ais fidem esse ipsam gratiam, frivolum est commen- Differunt
21 tum tuum, sine scriptura, sine teste, sine ratione. Quomodo vis igitur, fides et gratia
ut tibi credam? De gratia enim ita dicit Apostolus: ‚Gratia Dei vita Roma. 6|23
aeterna’. Item: ‚Gratia Dei sum id, quod sum’. Item: ‚Sufficit tibi 1. Cor. 15|10
24 gratia mea”. De fide autem ait: ‚Et si habuero omnem fidem, ita 2. Cor. 12|9
ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum’³.
Ecce per gratiam Dei est Paulus id, quod est, per fidem autem sine
27 gratia et charitate ait se nihil esse. Et inter has virtutes manifestis-
sime discernit et differentiam ponit in 1. ad Corinthios epistola⁴: ‚Charitas
enim nunquam excidit’, fides autem in patria non erit, sed loco
30 eius altius donum, scilicet clara visio. ‚Cum enim venerit, quod per- 1. Cor. 13|10
fectum est, evacuabitur, quod ex parte est.’ Cumque tu summam
virtutum sine omni teste fidem dicas, Paulus contra ait: ‚Nunc autem
33 manent fides, spes, charitas: tria haec, maior autem horum charitas’⁵.

13 esse ipsam L (durch Umstellung)

1) Über Cochlaeus' Vorwurf des Anabaptismus zu oben S. 46 Z. 30—32 vgl.
„Discussio”, 1544 (Spahn 364 Nr. 148), Bl. N 3r. 2) LWW 11, 302 Z. 1—7 (XXI).
3) 1 Cor. 13, 2. 4) 1 Cor. 13, 8. 5) 1 Cor. 13, 13.